



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè
proponuntur

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066391

Stimulus 3. Pretium bonorum spiritualium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45462

rem, & metum, & solicitudinem, maledictio
illa directa in ficalneam, non habentem fucus, quas
carperet esuriens Dominus: non obstante, ne-
que excusante apud illum, quod tunc nec dum
es est tempus ficorum?

Mar. II. 12.

Stimulus III.

Premium bonorum salutarium.

Quartuor sunt pretiosissima hominum bona:
duo horum Naturalia, Tempus & Vita: duo
supernaturalia; Sanctificans gratia & Beatus
aeterna. Priora duo, posterioribus sunt depu-
tata in obsequium & acquisitionem: ita ut non-
nisi Tempore & vita praesenti, conquiri possint
Gratia Divina, & Gloria aeterna. Quidquid aliud
habet mundus in divitiis suis, nihil eorum profi-
cit ad Gratiam & Gloriam, solum Tempus & vita
praesens eam habet a Deo inditam conditionem,
ut quantumcunque ex his impenditur acquisi-
tioni illorum, tantum ex illis acquiratur & obti-
neatur. Et quia premium Sanctificantis nos gratiæ
Dei, tantum habet pretii inestimabilitatisque
coram ipso Deo, ut minimum gratiæ granum,
superet in suo pretio totius mundi premium, esto
mundus esset totus gemmeus gemmisque reple-
tus: premium autem gratiæ assecatur exceditque
etiam premium aeternæ gloriæ, cuius & consecu-
tio & auctio admensuratur possessioni augmen-
toque gratiæ, & quidem cum excessu proportion-
nali ad minimum in proportione dupla (ut com-
muniter sensus est Doctorum) inde fit; ut Tem-
pus vitaque praesens, suppar premium mereatur
& acquirat ex eo, quia his, & in his solis duobus
mediis acquiri, & exerceri, & augeri potest gra-
tia.

tia, huicque secundum proportionem memo-
ratam etiam cœlestis gloria.

Videant ergo Mortales, quām parci, quam-
que sobrii esse debeant dispensatores temporis &
vitæ suæ præsentis, & rursus quām avari & insa-
tiabiles conqueritores gratiæ & gloriæ Divinæ,
tempore vitaque præsenti: quibus solis duranti-
bus & impensis, illæ acquiri possunt & augeri:
quibus solis elapsis & finitis acquiri nihil amplius
& augeri potest per omnem æternitatem. Quæ
nec vitæ, nec temporis particulam, quantum
bet minutam, parvi quisquam æstimet, aut otio-
sè (id est sine merito & augmento Gratiæ aique
Gloriæ) elabi sibi permittat: sed totum quidquid
ei de utroque superest, in mercatum Gratia Glo-
riæque, & lucrum convertat.

Stimulus IV.

Occasionum & Mediorum plurima Oportunitas

Non sunt tot occasiones lucente sole oculis ad
videndum, quot sunt bonaæ opportunitates
menti nostræ, ad benè, sanctè, meritorie, fru-
ctiferè operandum. Etsi enim oculus illumina-
tarum rerum plurimas videat, tantum tamen il-
luminatarum consortio seu conspectu potitur,
quæ autem luce non perfunduntur, hæ oculis
non subjacent. Similiter quæ ad alios sensus per-
tinent, hæc sub aspectum oculorum non cadunt:
at verò sub meritoriam sanctamque operatio-
nem voluntati cordique nostro, omnia Divina,
omnia humana, omnia creata subjacent: modo
velit pia voluntas libertate officioque suo fun-
gi, & fungendo non languere, auxiliaque Di-
vina sibi ultrò semper parata, quin & semper il-
lam excitantia solicitantiaque ad benè agendum,

& æter-